

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Meditationes Selectæ De Sublimi Hominis Scientia

Braun, David

Gedani, Anno MDCCIV.

VD18 11444606

### Widmung

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-197953

AD  
ILLUSTRISSIMUM, atq̄. EXCELLEN-  
TISSIMUM HEROEM,

DOMINUM  
MARTINUM  
KONTSKI,

Palatinum Cracoviensem, Ge-  
neralem Podoliæ & Artilleriæ Regni  
Poloniæ Præfectum, Cameneci, La-  
ticzevii, Urzendovii & Margen-  
haufi Gubernatorem

*Dedicatio Panegyrica*



*Uod si quenuquam*  
*mirari subeat, ILLU-*  
*STRISSE DO-*  
*MINE PALATINE*  
*DO-*

DOMINE BENIGNISSIME,  
 me tuta silentii mei egressum, in aprico,  
 sub AUGUSTI NOMINIS TUI  
 insigni, dubiis hominum iudiciis, tabel-  
 lam hanc suspendisse, non quidem opus-  
 culi excellentiâ, & Sermonis viribus,  
 neu impositâ mihi necessitate tutabor,  
 quia utrumque arrogantiae aut adula-  
 tionis suspicionem habet. Caterùm  
 TUARUM virtutum splendor est,  
 qui licet tot disertorum virorum præ-  
 conio resonuerit, & imposterum pluri-  
 bus dicetur, meam tamen excitavit  
 ruditatem, ut indiserti quàm ingrati  
 famam subire, & facundiam quàm  
 officium veri illarum adoratoris desi-  
 derari malim. Cum enim beneficio TUO  
 munus geram, cuius necessitate frequen-  
 tissimam TECUM agendi habeo occasio-  
 nem, quæ publica intrâ patriam, & in  
 exteris nationibus de TE prædicavit  
 fama, altiùs introspicere, & hoc mo-  
 destiâ,

*desitiæ, innocentia, clementia, utilissi-*  
*maxam generi humano virtutum, ni-*  
*miùm sterili seculo, admirari contigit:*  
*Ideo inter tubarum lituorumque TUI*  
*Encomii sonitus tenuem quoque vocem*  
*meam exauditum iri confido. Habent*  
*certè hanc naturam excelsæ virtutes,*  
*ut non nisi à sui similibus ritè aestimari*  
*queant, igitur Maximi TUI ævi*  
*Heroes, Reges & Principes viri,*  
*præcipuâ laude peritiam belli & For-*  
*titudinem in TE extulerunt. Nam*  
*postquam ab aulâ D. M. JOHAN-*  
*NIS CASIMIRI REGIS, ex*  
*summo illo Equestris Juventutis Gym-*  
*nasio ad militiam abiisses, contra acer-*  
*rimum hostem, è Septentrionis spelæo,*  
*ad vastandam Poloniam tunc egressum,*  
*insignibus tyrocinium tuum cumulaisti*  
*trophæis; Et in primo statim conflictu,*  
*ad Cracoviam, vulnus aduersum plum-*  
*bæâ glande impactum collo, TE non*

in metum, ut solet, sed generosam  
 iram egit, & gloriosa cicatrix, quoties  
 appareret hostis, TE Virtutis TUÆ  
 admonuit, ut passim eo bello TUA  
 operâ repressus sit. Pacatâ ab exte-  
 ris patriâ, motibus civilibus ipsius  
 DEI fauor TE eripuit, ne charus  
 Regi comes, sanguine civium manus  
 fœdares. Id enim temporis peregrè  
 sub Fabio illo Gallorum, PRINCI-  
 PE CONDÆO, aliquot annos me-  
 ruiſti in Galliâ, quam famâ TUA  
 impletam ad estimationem Sarmatica  
 virtutis rapuiſti. Sed Patriæ amore,  
 cui præ omnibus ardenti voto operam  
 TUAM navare solitus es, spartas  
 quascunque à tanto Duce oblatas re-  
 cufasti. Propterea JOHANNES  
 CASIMIRUS REX, tanti He-  
 rois Educator, sibi virtutes TUA S  
 vendicans, quas exteris tantum osten-  
 derat suscipiendas, oblatos illorum  
 bono-

honores reduci amplissimis dignitati-  
 bus rependit: Primum quidem VICE-  
 TRIBUNI munere in prætoria de-  
 sulteriorum cohorte, quò ultra gradum  
 ante Veteranos Tribunos, pro magnitu-  
 dine animi, usus es. Nam nimio fervore  
 adversus perfidos Cosacos, in urbe Glu-  
 choviensi ultra Boristhenem inclusos,  
 cum audacissimo & currente in pericula  
 evidèntia globo, ad ipsam portam, per  
 saxa per ignes & glandium nimbos subi-  
 isti, securibusque excisam irrupisti: Sed  
 tantum contemptum mortis, gravi vul-  
 nere supra lævum oculum luvisti. Ferè  
 communem in eo sortem expertus es  
 cum præstantissimis Ducibus, Philippo,  
 Antigono, Hannibale & Sertorio, quos  
 Plutarchus animadvertit omnes, uno  
 oculo ab hostibus eruto, insignes fuisse:  
 Nisi quod propitius DEUS tunc ad  
 Res summas, Togâ Sagoque, pro pa-  
 triâ abs Te gerendas non voluerit fa-  
 ciem

ciem foedari, sed mirâ felicitate & ce-  
 leritate sanare concesserit. Vix enim  
 ab eâ oppugnatione tribus septimanis  
 elapsis, toties probatâ virtuti TUÆ  
 Legiones tres desultoriæ creditæ sunt,  
 quibus Moschorum & Cosacorum exer-  
 citum, summa militari solertiâ, cis pon-  
 tem suprâ annem Desnam stratum,  
 dimidium milliare per umbrosum ne-  
 mus, lento regressu acerrimè pugnando,  
 in insidias ILLUSTRIS tunc Ve-  
 xilliferi Regni JOHANNIS SO-  
 BIESCII, traxisti, nostrisque inter  
 densa fruticeta præpeditum hostem cæ-  
 dendum, ceteros in flumen tenerâ gla-  
 cie obductum, mergendos dedisti. Proindè  
 ad Capitaneatum Premisliensem,  
 mox ad Generalem Artilleriæ Regni  
 Præfecturam, idem Serenissimus REX  
 JOHANNES CASIMIRUS  
 TE promovit. Paulò post Scytharum  
 numerosæ turmæ in campis Calussiensibus.

bus, Nemiroviensibus, & Comarnensibus  
 Tuis Consiliis, auspiciis Magni  
 SOBIESCII, Regni tunc Marschalci  
 & Supremi exercituum Ducis, cui  
 sedulus comes adhasisti, repressi sunt.  
 Dehinc in memorandâ illâ Victoriâ  
 Chotcinenſi, maximum, strenuâ machi-  
 narum ignearum dispositione & prom-  
 ptâ explosione, addidisti momentum.  
 Tenuisti enim ferreâ quasi coronâ glan-  
 dium clausos Turcas, ut vallo exce-  
 dere trepidi, intrò mactarentur; Et  
 Castellum ipsum subito aggressus, con-  
 tinuò fulgure quassatum expugnasti.  
 Hinc Magnanimus ille Rex, Polo-  
 niæ Gloria, JOANNES TER-  
 TIUS, Sellam TIBI Curulem, cum  
 Castellianatu Leopoliensî contulit,  
 cujus spem Sago Togâq; profundâ scilicet  
 in Consiliis Senatûs prudentiâ, in Ca-  
 stris arte consummatâ & promptitudine,  
 eousque implevisti, ut paucis post annis



Palatinatum Kioviensem *TUIS* tantis meritis impertiret. Jam tunc aequo iudicio, spe votoque omnium Dignitati Ducali destinabaris, sed *TU* factorum *TUORUM* contentus gloria, ambientium praecipitationes, & artes Aulicorum facile contempsisti, & non nisi fortibus porro gestis in patriae salutem, ac comparatione meritorum, vindicasti. Barum enim in Podoliâ, Reginae Bonae Sfortiae illud monumentum, tunc fortissimam Turcarum sedem aggressus, *TUO* ductu *TUA* Curâ & arte, celerrimè operibus suggestis, triduanâ vallimurorumque aritatione, & ignium procellâ, expugnasti. Hinc è Jaslovieciâ, *TUO* armorum fragore territos Turcas, ut vincerentur protraxisti. Anno sequenti, miram celeritatem consilio addens, à Serenissimo Rege missus cum parte exercitus, ut pontem Turcarum infra Chocimum exstructum dejiceres, fortuitò magnum equi-

equitatum Turcicum, cum auxiliis Mol-  
 davorum & Valachorum, aliquot mil-  
 lia curruum, cum variâ prædâ Came-  
 neco Danubium versus deducentem,  
 obscurâ nocte propè pontem offendisti,  
 quem carris & curribus clausum auda-  
 cissime adortus, post acre prælium fu-  
 disti, tantasq; barbarorum exuvias mi-  
 litibus diripiendas præbuisisti, turbâ ma-  
 gnâ Christianorum, mulierum & puero-  
 rum in Podoliâ captorum, servituti  
 barbaricæ ereptâ, pioque zelo infanti-  
 bus quamplurimis in tentorio TUO sa-  
 cro sancto baptisinate Christo vindica-  
 tis. In Zoravnenſi postea agro, innu-  
 mera Turcarum Scytharumq; examina,  
 Exercitum nostrum circumvolantia,  
 jam vallum quoque magno tormento-  
 rum boatu carpere ausa, quis ante TE  
 majori vi certioriq; ictu disjecit, glori-  
 am enim Regis & Exercitus tunc ser-  
 servati, TUÆ Fortitudini & scientiæ  
 bellandi,

bellandi,

bellandi, livor ipse concessit. Non fuerunt tunc in promptu nostra mortaria, arripuisti igitur, quod in ruderibus arcis Zoraviensis forte repertum fuit, huic mirâ arte aptasti globos igneos, bombos dictos, à Turcis castris nostris injectos, sed extincto fomite integros, eosque in eorum capita retorsisti: Undè novos com meatus & vires nostris accessisse rati Turcæ incuriam Hano Tartarico exprobrarunt, quod suis excursionibus subsidium nostris non prohibuisset, eoque Stratagemate territus Dux Seraskierus pacem pepigit, & nostro exercitui, aliquot septimanis obsidione cincto, jam jam immani beluæ deglutiendo, liberum reliquit recessum. Quid ILLUSTRIS-SIME DOMINE, in opulentis omniumque instrumentorum bellicorum copiâ abundè provisus gessisses exercitibus, si in tali inopiâ, in desertis campis longissimè à patrio solo bellanti.

ars

ars  
fac  
rep  
dic  
tes  
con  
per  
aff  
ban  
nu  
H  
ali  
T  
vo  
cip  
M  
sce  
ger  
ni  
tib  
cr  
iti

ars & solertia tantam suppeditavit  
 facultatem impetus numerosissimi hostis  
 reprimendi. Sed Fortuna magnitu-  
 dinem virtutum Tuarum, intra limi-  
 tes vastissimi Regni Poloniae tenere non  
 contenta, Anno 1683. ad Viennam Im-  
 perii Romani nunc Metropolitim, ipso  
 aspectu horrendam multitudinem bar-  
 barorum congregavit, ut auspiciis eter-  
 num desiderati REGIS nostri JO-  
 HANNIS TERTII, TUIS inter  
 alios Europae Argonautas consiliis,  
 TUO labore caderentur: Scilicet hoc  
 voluit, ut Summis Ducibus & Prin-  
 cipibus, in campis & Orchestra illa  
 Martis praesentibus Virtus TUA no-  
 sceretur. Viennam autem, immortali  
 gentis Poloniae Gloriam liberata, Strigo-  
 nium insigne Hungariae castrum, tonan-  
 tibus telis TUIS, celerius quam ipse  
 credidisses, succubuit. Et de Secino,  
 itidem in Hungariam, eodem cursu SE-  
 RE-

RENISSIMUS POLONIA-  
 RUM PRINCEPS JACO-  
 BUS, primo suo auspicio, sed TUUS  
 armis TUO Labore capto, triumphavit.  
 Ita proinde astitivo illo exercitū  
 nostri per Austriam & Hungariam  
 progressu, famam Polonorum auxisti,  
 ut Nomen TUUM ipse IMPERATOR  
 LEOPOLDUS honoraret,  
 TIBIque Exercitum ducendum offer-  
 ret, JOHANNES REX, felix  
 ille Victor hostium, magni aestimaret,  
 ELECTORES SAXO & BAVA-  
 RUS atque LOTHARINGIÆ  
 Princeps, SERENISSIMI Testes  
 Elogia subscriberent. Hinc Veneti, sum-  
 mos Duces ex totā Europā premiis  
 optimis invitare soliti, TUARUM  
 tantarum virtutum famā excitati, sum-  
 mi Exercituum suorum Ducis digni-  
 tatem, cum amplissimis lautis TIBI  
 proposuerunt, quæ tamen magnalia pa-  
 triæ

tria  
 bell  
 Re  
 nid  
 per  
 app  
 dol  
 tri  
 for  
 toll  
 me  
 obs  
 tot  
 cu  
 glo  
 nu  
 om  
 str  
 ign  
 tun  
 ter  
 str

tria studio posthabuisti. Durante eo  
 bello, quoties TUIS exhortationibus  
 Rex & Senatus obsidionem Cameneci,  
 nidi illius petrosi, decrevit? Sed toties  
 per occultas invidorum machinationes,  
 apparatibus imminutis, magno TUO  
 dolore dilata est; Cum autem pio pa-  
 triæ zelo accensus, Clavam Ducalem  
 fortè vacantem, de muro Cameneci  
 tollere, & non nisi hoc patriæ redhosti-  
 mento eam Dignitatem inire obtulisses,  
 obsidio adeò necessaria, cum dispendio  
 tot animarum, sub jugum Mahometi-  
 cum missarum, & ipsius gentis nostræ  
 gloriæ, multis victoriis partæ immi-  
 nutione, planè frustrata est; Nihil-  
 ominùs virtus TUA, hác viâ præ-  
 structâ, aliis tot occasionibus velut  
 ignis obtegi impatiens, enituit. Serva-  
 tum enim ad Bucovinam, saltus illos  
 tetricos in Valachiâ, Exercitum no-  
 strum, cum paucis, TIBI ILLU-  
 STRIS-

STRIS-

STRISIME DOMINE PALATINE debet patria: Nam circumfusas Turcarum Scytharumq; Myriades TUA arte & machinis bellicis, peditatusque continuo igne toties repulisti, donec, cladibus & perpeti cursu fatigatus hostis, campis cedere, nostrisque vigiliis & inedia fere confectis, lentum, at uliginoso itinere tum nimbis, & hostium à tergo à lateribus continuo advolatu, intutum regressum, tamen permittere, cogeretur. Paulò post in Nemecium, antiquum Dacorum munimentum, & Sociarum inter abruptas rupes securam, tractis in ardua montium juga tormentis, improvisus quasi de cælo detonuisti, & propè advolantibus Scythis atque inspectantibus expugnasti. Iterum anno 1695. Turcas Scythasque, immensam copiam varii comæatus merciumque famelico Cameneco advehentes, cum Duces nostri

nos  
Et  
mã  
ma  
diu  
cist  
rosa  
gra  
doc  
cul  
fuga  
reli  
Ma  
in t  
Reg  
buen  
fecij  
peri  
quod  
ipso  
trist  
ver

noſtri difficili loco hoſtem aggredi cun-  
 ctarentur, TU hortatu & promptiſſi-  
 mâ Artilleriæ, ſex nempe & triginta  
 machinarum, & peditatus per me-  
 dium Tyram amnem, expeditione, vi-  
 ciſti. Tali enim audaciâ, quâ ponde-  
 roſas ære machinas viroſque armis  
 graves, contra naturam quaſi natave  
 docueras, hoſtem in adverſâ ripâ per-  
 culſum, igne TUO in effuſiſſimam  
 fugam equitatu dediſti abigendum,  
 relicta noſtris prædâ opulentiffimâ.  
 Magna hæc geſta TUA conſummata  
 in bello Scientiæ, & invicti animi,  
 Regibus & Magnatibus cunctis præ-  
 buere documenta, teſtantia quanta  
 feciſſes, ſi toties TIBI deſtinatum Im-  
 perium Exercitûs traditum fuiſſet,  
 quod ſemper totius Regni teſtimonio,  
 ipſorumque æmulatorum, mereri quam  
 triſti ambitu extorquere maluiſti. Enim-  
 verò pro hoc præmio, quid lætius TIBI

) (

Divina



Divina Clementia concederet, in hac  
 atate Tuâ, quod Cameneci, jam in ho-  
 stis unguibus hærentis, cum Generali  
 Podolia Præfecturâ collatam TIBI  
 Gubernationem, quam toties armis ho-  
 sti eripere TE livor impedivit, ceden-  
 tibus ex fœdere finibus Podolia Tur-  
 cis, Anno 1699. auspiciatissimo ingressu  
 receperis. Vidisti paucos illos ex No-  
 bilibus Provincialibus, & agresti plebe  
 barbaricæ crudelitati superstites, præ  
 gaudio lachrymis & gemitu TE Oran-  
 tem excipientes. Audivisti Senes &  
 Juvenes vociferantes: O utinam Hic  
 nobis HEROS tunc contigisset, cum  
 petra Salutis nostræ, hoc Camenecum  
 socordiâ aut malitiâ Præfectorum,  
 (utrumque enim traditum est) optimis  
 quibusque extinctis, Tyranno succubuit;  
 Non tentasset barbarus aggredi, quod  
 nisi culpâ præsidii vinci non potuit.  
 Non abegisset, eo munimento in visce-  
 ribus

ribu  
 lon  
 ser  
 ate  
 nep  
 De  
 ube  
 cin  
 da  
 lab  
 è fa  
 ter  
 pro  
 cul  
 tien  
 tâ,  
 cau  
 diff  
 pier  
 &  
 &  
 tui

ribus Russiae tutus, ex Provinciis Po-  
 lone tot myriades Christianorum, in  
 servitutem animarum & corporum  
 eternam. Non amissemus filios &  
 nepotes, aut parentes & avos nostros.  
 Denique non fuisset speciosissima ac  
 uberrima totius Regni Provincia in  
 cineres & vastissimam solitudinem re-  
 ducta. Caterum quã indefessã curã,  
 labore & sumptibus recuperatio hæc  
 è faucibus immanis belluæ TIBI consti-  
 terit, Diaria prolixè loquuntur, quæ  
 profectò Virtutum TUARUM fasci-  
 culum continent. Quantã enim pa-  
 tientia, quã humanitate gravitate mix-  
 tâ, quantã liberalitate, constantia, &  
 cautissimã prudentia, barbaræ gentis  
 diffugia & dilationes elidenda, quã  
 pietate proprium patrimonium in nudos  
 & famelicos captivos omnis ætatis  
 & sexus, præprimis examina infan-  
 tium, è servitute Tyranni & Satanæ  
 Christo

Christo assertorum, effundendum, quanto amore patriæ, molestiæ & adversitates TIBI superanda fuerunt? Adfuit TIBI magnum adjumentum & Solatium, Gloriosus virtutum TUARUM Affecla, TUÆque Educationis felix Ectypus, ILLUSTRIS DOMINUS STEPHANUS HUMIECKI SUBDAPIFER REGNI, TUUS ex Sorore nepos, pietate privata tanto magis accensus; quod Camenecum Anno 1672. tandiù hostium fulminibus restitisset, donec strenuus ejus Propugnator, MAGNIFICUS DOMINUS ADALBERTUS HUMIECKI, VEKILLIFER PODOLIÆ, Prens ejus, glande hostili peremptus esset. Hic ILLUSTRIS SUBDAPIFER REGNI, tunc Cameneci receptioni, & Anno præterito, Limitum inter Ottomannos & Podoliam Dimensionum,

fion  
nibu  
stan  
terf  
Nec  
& j  
libar  
vinc  
ut p  
multi  
aspic  
lenti  
rum  
Asc  
ME  
Reg  
omis  
tium  
tur,  
perc  
Dign  
ritor

sioni, quomodò in tot magnis functio-  
 nibus solitus est, diligentissimus, con-  
 stans, prudens, & innocentissimus in-  
 terfuit à Rege & Rep. negotii gestor:  
 Necquisquam gloriam immensi laboris  
 & felicissimè transactæ tantæ rei præ-  
 libare vobis audebit. Vota sua Pro-  
 vincia illa & omnes boni acclamant,  
 ut propitius **TUIS** virtutibus **DEUS**,  
 multis annis, fructum laborum, in  
 aspiciendâ totius Podoliæ antiquâ opu-  
 lentiâ, hominam, oppidorum villa-  
 rumque copiâ decerpere concedat!  
 Ascendisti interim, **ILLUSTRISSI-**  
**ME DOMINE**, in Summum  
 Regni Palatinatum Cracoviensem,  
 omisâ ultrò clavâ Ducali, ut ambien-  
 tium obstares nulli, jàm Honorum sa-  
 tur, quos virtutes **TUÆ TIBI** pe-  
 percrunt, neque enim hanc summarum  
 Dignitatum optionem, sine maturâ me-  
 ritorum **TUORUM** ponderatione,  
**SERE-**

SERE-

SERENISSIMUS REX AUGUSTUS TIBI contulit. Habent nimirum Reges & Principes Viri FORTITUDINEM, & intrepidam validamque in rebus arduis MAGNANIMITATEM, quam rebus TUIS gestis probatam tantoperè admirantur. Scilicet hæc TE non degenere facit progeniem Majorum Tuorum, quorum imagines antiquissimâ serie Glorioso Titulo Annalium nostrarum, quæ Strenuos per Podoliam milites appellant, insignes sunt. Nam variis Dignitatibus conspicui, ob vicinos barbaros hostes, palmariam in tuendâ extremâ Christianitatis Provinciâ Gloriam adepti sunt. Et Mater-nus Sanguis ab sublimi Stognieviorum Prosapia, Vetustate gentis & summis in Republicâ Honoribus conspicuâ, TIBI tantam Indolem pariter infudit. Sed prolifica virtutum Pietas plures tibi

tibi  
feri  
ribu  
tuit  
Pro  
ten  
TU  
jur  
tria  
tis  
tion  
tat  
tion  
pri  
in  
&  
Te  
for  
riss  
ne  
Pr  
co

tibi indidit dotes, quas & summi & inferiores contemplantur, ne omnia majoribus TUIS debeas. Certè harum intuitu mecum ipse dissentio: Illamne Probitatem ingenuam, sive Realitatem, quã id adeptus es, ut verbo TUO plus credatur, quàm aliorum juratis tabulis: An flagrantissimum Patriæ amorem, qui utinam non in multis refrigesceret, non hæ nobis revolutiones metuendæ forent, hujus pio incitatus stimulo, nullam exercitûs expeditionem negligere, sed, omissis omnibus privatis rationibus & commoditatibus, in hostico singulas æstates, inter primos & ultimos transigere asuevisti. An Temperantiam & Sobrietatem, domi forisque cunctis acceptam; An severissimam ab omni factione aut corruptione Abstemiam, quam exteri quoque Principes, ævi nostri moribus adeò corruptis, nuper ad invidiam aliorum lauda-

lauda-

laudare, hæc enim te magis gloriosum, quam alios latissima Patrimonia, aut opes noviter acquisitæ facit; An, in summâ libertate nostrâ, puram ab oppressione Civium Innocentiam; An mixtam gravitate in Supplices clementiam & humanitatem; An Religiosam sine superstitione Sinceritatem; an in egentes sine ostentatione Liberalitatem, an in se Retractum doctissimum literisq; faventissimum Ingenium; an denique sedatos plenosque modestiâ mores, primo loco ponam? Omnes enim tantas virtutes in summo gradu, qualis VIRO MAGNO per naturam aut Industriam contingere potest, possides. Equidem tales ab Senecâ rusticiores virtutes appellatæ, sed illudendo externis bonis nimium immersis, sunt enim homini, quâ tali magis propriæ, totique generi humano utilissimæ, & DEO ipsi charissimæ,

ma  
 rap  
 tiu  
 M  
 bel  
 tha  
 jux  
 pro  
 Si  
 Pr  
 dig  
 don  
 non  
 par  
 tion  
 Vir  
 taf  
 vin  
 va  
 ips  
 cie  
 ab

ma, hinc bonos omnes in amorem TUI  
 rapiunt, ceteris venerationem incu-  
 tiunt. Hæc sunt Ornamenta excelsa  
 Magnisque adeò æstimatæ Fortitudinis  
 bellicæ. Hic virtutum tantarum ca-  
 thalogus efficit, ut TE boni malique  
 juxtâ in honore habeant, adeò ut in  
 proximâ Regis Electione, deliberantes;  
 Si Provincia, neglecto Externorum  
 Principum ambitu, de Piassto sive In-  
 digenâ eligendo cogitarent, quem extra  
 domum Regiam, ex Summis Civibus  
 nominare, Patriæ utile foret? inter  
 paucissimos TE honorificentissimâ men-  
 tione attigerunt. Sed multi Nobilissimi  
 Viri postea factionum externarum per-  
 tæsi, adeò in ore in mente tenuerunt  
 virtutes TUAS, ut multoties per pri-  
 vatos per publicos Conventus, imò in  
 ipso Electorali Campo, nomen TUUM  
 cicerent. Vidi TE per modestiam tunc  
 ab optimorum Civium sermonibus &  
 votis



votis avertere faciem, sed impedire  
 nequivisti, quo minus Splendor TULLI  
 coram omnibus usque aded corruscasset,  
 ut summam in Rebus humanis Fortu-  
 nam destinarent multi, serio optarent,  
 qui patriæ optimè vellent consultum  
 boni, inviderent pauci, dignam TULLI  
 meritis & virtutibus etiam emuli con-  
 cederent; Et magnus exterorum Prin-  
 cipum Candidatus, se nemini ante TE  
 suas ad diadema partes, lubentiùs neu-  
 justius cessurum profiteretur. Usque  
 aded gloriosum TIBI ILLUSTRIS-  
 SIME DOMINE PALA-  
 TINE est eritque, meruisse quam  
 portasse Coronam. Jam, licet vera  
 omnia vulgoque nota, tamen quia Ma-  
 gna sequioribus censuris opportuna,  
 ultrò abrumpere TULLIA me Modestia  
 cogit, & amplissimum virtutum TULLIA-  
 RUM campum ingressum, res tantas  
 dignâ oratione exequi, invalida me fa-  
 cun-

eundia prohibet. Fatigabuntur **TUIS**  
 Encomiis doctiora Ingenia, loquentur  
 Annales, quæ ipse differere prohibes,  
 aut invidia, perpetua illa comes vir-  
 tutum, celare satagit. Etiam si omnibus  
 Viventibus silentium livor indixerit,  
 venient qui sine offensâ, sine gratia ju-  
 dicent, nam nulli non virtus & viro  
 & mortuo retulit gratiam; plerumque  
 famam prosperam posteritas, in exora-  
 bilis actionum humanarum iudex repen-  
 dit. Fateor equidem, quod **MAGNI**  
**JOHANNIS TERTII RE-**  
**GIS NOSTRI DESIDERA-**  
**TISSIMI** ausus sim colligere tem-  
 pora, rudibus, sed ante digniorum Hi-  
 storiarum volumina, ipsa celeritate  
 gratis Commentariis, quibus, inter ali-  
 quos Polonia nostræ Heroas **TUA** fa-  
 cta digna libertate & veritate perse-  
 qui in propriâ suâ sede potuissem, sed  
 in procurandis necessariis aliquot Dia-  
 riis

riis ab amicis primùm destitutus, mox  
 ob dicenda malorum vitia, invidiae  
 mole deterritus, opus hâc vice malui  
 differre, quam vera dissimulare; In  
 nimiâ enim Libertate aut Servitute  
 perindè summum est periculum veri-  
 tati, cui in hâc ab uno, in illâ à mul-  
 tis dies dicitur. Interim ut honestum  
 secessus mei à negotiis reddere queam  
 rationem, securiorem arripui mate-  
 riam, sed sublimem, quæ quidem non  
 arduam ad honores, & quæ sunt ex-  
 celsa mundi, enitendi, non vincendi  
 hostes, non immensas corradendi opes  
 exhibet artem, sed quomodò spretis his  
 omnibus, ad Summum & Immortale  
 bonum penetrare quivis ratione vali-  
 dus possit, viam edisserit. Hanc TIBI  
 ILLUSTRISIME DOMINE  
 offero, non raritate argumenti confisus,  
 est enim à pluribus veterum & recen-  
 tium tractata, sed ipsius dignitate,  
 quâ

qua  
 gni  
 tem  
 reg  
 pre  
 nor  
 siff  
 qu  
 mi  
 tro  
 dit  
 ev  
 dis  
 vi  
 æst  
 mi  
 nor  
 cre  
 m  
 pr  
 au  
 ex

quâ omnes scientias antegressa, suæ cognitionis necessitate cunctos homines tenet. Proindè quacunque diligentia regesta facile scribentem excusat, præprimis deplorato hoc seculo, vanitatis novarumque semper opinionum studiosissimo, quo sancta piaque opera est, quacunque revocandis ab errore hominibus, quibuscum in magno illo theatro mundi promiscuè sedemus, impenditur. Primus mihi Zelus incessit evolvendi Theologiam Rationalem, ex discursibus scandalosis Sublimium sæpè virorum, sed cæcâ rerum externarum æstimatione fascinatorum, qui solo nomine Christiani sanæ rationi in hisce notitiis impingunt, nedum mysteria sacrosanctæ fidei norunt, aut nosse damnosâ jactantiâ dissimulant. Igitur principaliora quævis, aut nimis recisa, aut effusâ prolixitate aliis tractata, excerpsti, ut bonis ingeniis, Hominis  
 ater-

❧ (o) ❧

eternam dignitatem estimantibus, sed  
quibus magna Doctorum volumina per-  
volvere non vacat, succurrerem, ma-  
los recenti acclamatione terrerem. Be-  
nignè hos conatus respice, & sine he-  
deram hanc victricibus lauris TUIS  
insepere. Vive propitio DEO IL-  
LUSTRISSIME DOMINE  
PALATINE Nestoreos annos! vi-  
ve letus & felix! SOLATIUM  
PATRIÆ, quæ post tam atroces  
fluxus & refluxus civiles, Divino  
nutu, TUO & eorum, qui à motibus  
his intacti manent, auxilio, componen-  
da erit. Vive Illustrissimæ Conjugi  
Ursulæ Comiti à Dönhoff, Magnæ  
Poloniæ nostræ Heroinæ.

Quæ sortem antevenit meritis, vir-  
tutibus annos,

Sexum

Sexum animis, morum nobilitate  
genus.

Majorum quippe suorum merita,  
quibus Comitum, quin etiam Princi-  
pum Imperii Dignitates familiae suae  
intulerunt, summoperè auget virtu-  
tibus, quarum si texere indicem arcta  
hæc pagina inhibet, solam ejus in toto  
Regno celebratam hîc laudare per-  
mittat Pudicitiam, nam cum alias  
virtutes utrumque dissimulent magnæ  
fœminæ, hæc glorientur. Vive cha-  
rissimis pignoribus! quibus post sera  
fata patriæ desiderium TUI lenies.  
Vive amicis! qui hoc tempore, quo  
fortibus exemplis princeps Juve-  
tus opus habet, ad TULLIUM typum  
filios componunt. Vive denique clien-  
tibus, in quorum numero mihi ordine  
postremo, sed obsequii gloriâ, & sin-  
cero

¶ (O) ¶

*cero affectu nemini secundo, locum  
præsta & conserva perpetuum*

ILLUSTRISSIMÆ EX-  
CELLENTIÆ TUÆ

Anno 1704. Cal. Jul.

Devotissimo

DAVIDI BRAUN.

§.  
§. 2.  
rem  
esse,  
fensu  
injur  
esse,  
tion  
Mun  
stens  
pen  
rum  
tura  
rem  
ablu  
Con  
& si  
Sapi  
Dei  
§. 1  
non  
non  
§.  
de F  
& ca  
tia,  
dit.  
temp  
imp  
tion